

~~M. 1. 197.~~

25 Leichensprüche

17. Jahrhundert

Verzeichnis

Namen einzeln aufgez.

DFW 00.

1,
2,
3,
4,
5,
6,
7,
8,
9,
10,
11,
12,
13,
14,
15,
16,
17,
18,
19,
20,
21,

EPICEDIA
MEMORIAE FUNEBRE
VIRI

Magnifici Nominis,
Insignis Virtutis,
Præclaræ Autoritatis,

Nobilissimi & Eminentissimi

DN. JUSTI  Brandt

à Lindaw/ Hæreditarii in Gaschwiz
& Quedlinburg.

Reverendissima & illustrissima Principis ac Domina,

Dn. DOROTHEAE-SOPHIAE, DUCISS:
SAXON: &c. ABBATISSAE QUED-
LINBURGENSIS,

Consiliarii Dignissimi,
Aulæ Magistri Fidelissimi,

Observantia ergo dicata

à

CLIENTIBUS

Cal. IXbris, Anno Gratia
M DC XXX.

Nh 137 (10)

MEMORIAL

Magnifici

Magistri

Magistri

Magistri

DAVID JUSTI

Magistri

Magistri

Magistri

DAVID JUSTI

Magistri

Magistri

Magistri

Magistri

Magistri

Magistri

Magistri



I.



*Idus in excelsâ Praefectus Principis
aulâ, (tis honor;*

*BRANDIUS à Lindavv, nobilita-
Principis ex aulâ, cali migravit ad aulam,
Est ubi sancta quies; est ubi summa salus.*

Memoriae & gratitudinis ergò
Obadiae suo benignissimo
lugens f:

M. Jacobus Hermsdorff/ S.

II.



*BADIAS quondam, pieratis idoneus autor,
Qualis erat morum vitæq; Magister & aulæ
AMRAIDIS, cata QVEM fallaci foemina linguâ
JESABEL, obsceni notissima fossa Cynædi,
Ad cædes flexit vetitas, ut sanguine vatum
Pollueret se crine senex phanaticus albô:*

*Talis erat Justus proavorum STEMMATE cretus
LINDAVIO, nostræ moderator BRANDIUS aulæ,
Quem benefuadus amor stimulavit & insita virtus
Ad nutum primi latoris vivere legum,
Cum Mundus, stricti contemtor foederis, exlex
In vitium præceps rueret, facerentq; minores
Quæ cupiunt eadem vigilantia stertere naso
Ad calicem docti, quos inter summus & imus.*

OBADIAS metuit quod grande DIESPITER iræ
 Evibrat fulmen, quoties sua crimina curvæ
 Non desient animæ, recti de tramite motæ.
 Namq; ubi mactaret sacros ISABELLA prophetas,
 Ille viros passim cœcis abscondidit antris,
 Hinc quinquagenos, illinc totidemq; foveatque
 Pane, cibô; potu, vivâ recreavit & undâ,
 Quando horrenda fames omnem pervaserat o
 ram,

Pabula nec pecudi fuerant, nec farræ colono.
 Et cum fortè viro titubanti occurreret ille
 Præco potens precibus, rerum præfagus ELIAS,
 Hoc viso procumbit humi, Divumq; Prophetam
 Agnoscit, Dominumq; suum mox pronus adorat.

LINDAVIUS noster pietatis alumnus ab ipsis
 Audijt unguiculis, didicitq; quiescere Verbo,
 Arbitrio pendere Dei solius ab uno,
 Res tractare suas, neq; participare quod extra est,
 Et fatui mundi deliria spernere, mortem
 Non horrere nimis, quæ veræ janua Vitæ est,
 Et sua legatis decernere lautia Christi,
 Qui populo sacri pandunt mysteria Verbi,
 Et quam commendant doctrinam, moribus or
 nant,

Hi si defuerint, verborum pondera nil sunt.
 Omne Dei verbum tantò preciosius in se
 Pondus habet, quantò probior, qui dicit, habetur,
 Nec satis est doctum, sanctum deest esse Ministrū.

OBADIAS postquam multos exegerat annos
 Inter honoratos non ultima gloria cives,

Confe-

Confectus tandem curis placide exspiravit,
Nomine, quod Pietas mereret, immortalis. Id unum
Nobis in terris post ultima fata relictum est.

LINDAVIUS noster, precioso sanguine Christi
Justus, sed radijs virtutum NOBILIS, aulae
Principis excelsae duo per bis lustra MAGISTER,
Cujus erant mores, qualis facundia, mite
Ingenium, vultus facilis, prudentia rara,
Post varios tandem casus, post tædia vitæ
Magnus civis obit, votis quod & omnibus unum
Semper anhelârat, cœlorum sede potitur:
Mens ibi secura est, vitâ quæ gloria parta est,
Attinget seros, nunquam moritura, nepotes.

Vos, Ô BRANDIADAE, fletus nolite cedere,
Nemo sit, in lacrymas qui se dissolvat amaras,
Lugendus non est Vester, qui somnia ridet
Curarum vacuus non noto lumine, quæis hîc
Torquemur miseri, nostrosq; cludimus annos.
Acclamandum illi est: Salve sacer incola cœli,
Vivis cum Christo, cum sanctis vivis, & omnis
Jam voti compos de Mundo, Orcoq; , triumphas.

*In ipsum textum & thema concionis
funebris respiciens adiciebam
hec talia L. m. q.*

*M Martinus Titius
Ad S. Benediict. Pastor.*

Nobile



Nobile Marchiaco germen surgebat in agro
 Quà Suevus riguas fundit amarus aquas.
 Nobilioris erat Tiliæ generosa propago,
 Stemmatis antiqui spesq; decusq; novum.

Institus exiguis vigor apparebat in annis,
 Virtusq; è molli vivida fronde micans:
 Non tamen in patrijs sylvescere germen arenis
 Provida cultoris cura favorq; sinit.
 Ipse sed extractum meliorem pangit in horzum
 Nomina progenies cui philyræa dedit;
 Et teneram fingit Tiliam vernantia flectens
 Brachia, & Aonio fonte ministrat aquam,
 Nec mora, planta petens aura loca libera, honores
 Explicat & gemina nobilitate cluit.
 Unde Dynastarum in viridaria surgit, & ipsa
 Gaudet honoratis Principis Aula comis.
 Gaudet, & atcollit letis caput incrementis
 Assuescens aurâ prosperiore frui.
 Nec minus expetitur populo venerabilis arbor,
 V sibus & meritis undiq; clara suis.
 Grata quies fescis tiliæ frondentis in umbra;
 Quam mihi sub Philyra dulce sedere fuit?
 Eheu dulce fuit! tam triste fuisse, nec esse
 Amplius, (hem fatum) casa jacet tilia.
 Casa jacet nostri decus & solatia ruris
 Arbor perpetuo digna virore cadit.
 Occidit in medio miserarum turbine rerum,
 Dum Mavors diro fulminat ore minas;

☉()☉ ☉()☉

*Omnia ubi perijt vicina gratia terra
Et pallent rigido patria rura metu.
Ominor invitus; procul omen abesto! propinquum
Portendit nobis tanta ruina malum.
Parce Deus, meritis sit parcior ira; cruentis
Fac cessent motus sollicitusq; timor.
Jacturam certè duram jam fecimus: etsi
Non possis ciliæ casus obesse suos.
Namq; humili traducta loco in caelestia tempe
Parte sui semper nobiliore viret.
Elysiusq; novum decus addita ruribus, arbor
Audit justitiæ, planta decora Dei.
Quam nec anhelantem nimio Sol igne perurit
Sæva nec horrentem frigore lædit hyems.
Blanda fovet lætam semper clementia celi
Et juvat afflatus mollior aura suo.
Ipsi etiam cineres rupta tellure resurgent
Quando refrigerij fulserit ille dies.
Tunc ostentabis mansuri veris honores,
O nunquam in terris aspicienda mihi!
Interea vireas nobis Philyræa propago
Trina, tuum properans amplificare decus.
Cresce precor nostris factura nepotibus umbram
Crescat & optata posteritatis honos.*

Dn. Mæcenati, ac Patrono suo
desideratis: hoc pietatis
monumentum posuit

M. Andreas Frentag.

F

Stemmate

I V.

S Temmate Brandiades, vocitatus fonte sacrato
 Justus, justitiæ præses ubiq; fuit.
 Ah fuit! ô esset! turbato tempore nostro
 Quo salus imperij deteriore loco.
 Quedlinburgenses cum Principe liquit & aulam
 Nobile Brandiadum præsidium atque decus!
 Est gravis hic lapsus nobis! sed ferre necesse est:
 Interea auxilio nos juvet ipse DEUS.
 Et vos Brandigenæ, qui Relligionis amantes
 Mavultis dici, dicite mente pia.
 Cordivoras celsæ curas qui Principis olim
 Gessit in arce diu, gessit in arce soli,
 Vivit in arce poli cura vacuatus ab omni:
 Jam verè vivit, mortuus antea erat.
 Da JESU veram tecum vivamus ut omnes
 Hanc olim vitam, quæ mihi sola placet.

Piæ condolentiæ ergo f.

Jacobus Hartman.

V.

B Randius à Lindavv sacro pronomine justus
 Occidit, & parvo conditus est tumulo?
 Conditus; & Pylios dignus qui viveret annos,
 Supremum dixit voce gemente Vale.
 Non tamen interijt prorsus, nec dicere fas est,
 Quem clarat virtus, interijisse virum.

Inge-

Ingenium, mores, os, vox, pectusq; loquuntur
Perpetuum merito nomine Lindavium,
Consilio felix, & honoribus extitit amplis,
Sperato felix pignore, dives opum,
Conjugio felix Primo, felixq; Secundo
Traduxit vita tempora fausta sua.
Addo quod his majus; brevis huic dum vita manebat.
Prima Deus, Princeps altera cura fuit.
Hinc Just Lindavium-Branden moriendo, subinde
Dicere quis prorsus desperasse volet?

Honoris & memoriae ergo
ex pio adfectu
adijciebat

Matthias Ladovius.

VI.

Carmen funebre.

INstat Mœsta Dies, & acerbi funeris, in Quâ
Vester Honos, Vestrumque Decus, Brandina Propago,
Egregiâ Virtute Parens & Nomine Clarus,
Justus justitiâ florens & BRANDIUS ardens
Insigni studio veri, Pictatis, Honesti,
Nobiliumque Operum, post tot Monumenta Probatæ
Mentis in Officio DOMINAE clarissima, postquam
Eundem iter Omni Homini ingressus, mortalia mem-
bra

Corporis exuvias, & quod Pietate jubemur
 Christianâ, Terræ Matri mandare reliquit,
 Postremum Tumuli à Vobis expectat Honorem
 Atq; sibi fieri quæ terrea Origo requirit.
 O mœstam tristi & peracerbo funere Lucem.

Signum ex turre datur, totâ concurritur urbe,
 Fama volat, jam Præfectus tumulabitur Aulæ,
 Campanæ resonant resonando, Luctus ubique,
 Quæ tanti es luctus causa ô violentia mortis!

Procedunt Pueri, nigrâq; in veste ministri,
 Atque Crucem manibus fert ipse præambulo longam,
 O Quæ causa crucis longæ violentia mortis!
 Aspicitote Crucem, non quisquam effugerit ipsam,
 Non ostentatur frustra, memorabilis illa est.

Quod jam fit, factum est, fiet cras, atq; deinde,
 Mors est ipsa frequens, minuitque frequentia curam,
 O nos securos, magna est violentia Mortis.

Effertur funus, procedit Pompa, canuntq; ,
 In lacrimas itur. Facies non tristior ulla,
 Quam Dominum Portare suis è sedibus, atq;
 Conjugis à nivea avelli Cervice maritum
 Ac è complexu natorum avellere lethum
 Patrem, tum viduas ac ædes reddere mæstas.
 O lethum minimè lætum, illætabile lethum.

Qui dulcem vitam peccando perdidit, ejus
 Plectimur ob vitium, & quæ nos commisimus ipsi
 Hæc sunt quæ faciunt miseri moriamur, at illud
 Magnum quisq; suâ quod terris exeat horâ.
 Est finis positus Nobis & terminus ævo.

O bona

O bona meta mali, meta est optanda malorum.

Si bona meta mali, Mors non mala, meta malorum est.

Non Homini datur à Domino jucundius Horâ
Ultimâ, & in toto nil est felicius orbe,
Quam placidè in Domino & sanctè obdormiscere
Christo.

Hic mortem vicit, Mortis victoria Christi

Donum, dat Deus ipse mori, dat vincere mortem.

Crede Redemptori, vives in morte Beatus.

O mors ô bona mors, cunctorum meta malorum.

Jam cessa luctus, lacrymas suspendite mæsti,
In nece non finis, sed vitæ exordium in ipsa est.

O mors, ô bona mors nostræ generatio vitæ.

Si non putrescat frumentum, haut surgit arista,

At si putruerit lætis progerminat agris,

Mortis sunt in agris, & sunt mysteria Vitæ:

Sic Homo cum moritur, terræ mandatur, in illa

Humor alit putris miro spiramine Vitam,

Non igitur Nōstrum letho haut, dolcamus, adem-
tum,

Cum vita incipiat post mortem deniq; vera.

Vita quid est? Labor est, Dolor est, Angustia,
Bellum est,

Morbus, Paupertas, Lis, vis, injuria, mæror,

Cum moreris, labor hic, dolor hic, angustia, Bellum,

Paupertas, morbus, crux, lis, vis, desinit omnis,

Ac doleas solvi calami-quen tatibus istis?

Mi Popule ingredere tua Dormitoria, claude
Ostia, te absconde, & non longum est, ipse resurges.

Atque tua ingrediere cum Pace Cubilia JUSTE,
 Hic requiesce, locum hunc voluit, Deus esse Quietis.
 Obedia hunc Bonus, & Bonus hunc ingressus Ahisar,
 Inque Deo placidè post multa molesta quiescunt.
 Hic placide in Domino Vir Dannenbergius ipse
 Insignis Pietate suâ Officio quoque dormit,
 Ipse Tuus quondam, non Hoc Tibi Carior alter,
 Tuque ejus quondam, nec Ei Te Gravior alter,
 Quos pacis tenuit non copula rupta fideles,
 Ingredere, hunc propter tua tempora sacra quiesces.

Spargite humum folijs, & digne ornate sepul-
 chrum

Quod Christus fecit dilecto corpore sacrum,
 Atque loci indicium memorabile ponite saxum:
 Hic JUSTUS situs est Præfectus Brandius Aulæ
 Quedliacæ, Christo quia fudit, vivit in altis,

Nos facti memores, nostras abeamus in ædes,
 Quamque in visceribus, gerimusque in corpore mor-
 tem,

Attenti assidue meditemur eam omnibus horis
 Adque iter accincti stemus, piger, mi probe cessas?
 Incertum adjiciat præsentis an crastinum Iova.

M. Johan: Prator.
 R. S. 2.

VII.

Formidolosi Martis acinaces
 (Eheu) cruento sanguine squalidum

Nondum

Nondum remittit praeliari,
 Bella subinde crepat necesq!
 Quis pagus ecqua urbs nescia lugubris
 Belli? videmus (proh dolor, ô pudor)
 Germaniam penè occupatam
 Milite propositi tenace!
 O quam beati tanta quibus mala
 Non experiri contigit, hac piâ
 Qui tempora effugere morte
 Tempora plena periculorum!
 Timenda sanè plura, solet DEVS
 Neglectus incesto adicere integros,
 Speranda vix sunt molliora
 Tempora vix meliora nobis,
 Fœcunda sunt hac secula criminis
 Abominandi, sunt quoq; debita
 Fœcunda pœna, hinc tanta clades
 In patriam populumq; inanat.
 Quid ergo luges Mascule nobilis
 Sanguis Parentis? desine mollium
 Tandem querclarum, parenti
 Res cecidit bene cuncta vestro.
 Mundo evocatum morte piâ virum
 Non militum ardor dira minantium
 Nullaq; vires Inferorum
 Dejicient solida quiele
 Quid liberatum flebilibus modis
 Virges parentem? dum quereris novo

Pol invides Diuo, supernas
 Ille domos subiit, vigere
 Si hic posset omni rege beatior
 Coloniam haud mutaret, obire sic
 Quis nollet & hic Nobis amarum
 Vivere dulce mori reliētis.
 Votum addo, votis maxima vis solet
 Pius inesse: O Sancte DEVS precor
 Sistat gradum nunc Mors, in aula
 Spicula nec jaculetur ntrā
 Tumultuoso ne pede proruat
 Stantem Columnam, ne Venerabilem
 His auferat mors luctuosis
 Temporibus Dominam Abbatissam.
 Serò illa sedes occupet igneas
 Cæli Deabus mista, diutius
 Queda incolis intersit illa
 Inviolata periclitantis,
 Frui paratis & valida PATER
 Da Principi nostra & (precor) integra
 Cum mente: vitam da quietam
 Degere, tristibus & carere.

Guilielmus Breuserus M.



VIII.

EST nimium innumeris numeris deflere
 Parentes
 Est quoddam fletus dinumerare
 modos

Illud in excessum Gentis, quæ credere nescit
 Vergit, at hoc medium, quod decet, usq;
 tenet.

Utraque plorandi species **TE NOBILE
 GERMEN**

Dedecet; hinc omnes desine lacrymulas.
 Umbra Patris delapsa modo est, pars optima
 mansit

Integra; non corpus, umbra sed interijt
*Vita fugax umbra est; Corpus sed Fama per-
 ennis,*

Hæc manet, illa abiit; quid nisi nil abiit?

Mecœnati suo & Patrono
 f.

Joan Martin Husan.

Justus Brant de Lindavv
Aulæ Magister.

κατ' ἀνάγκη.

Ludus erat vita, is dat lauream (Jöva) benignus.

EXEGESIS.

Qualis olympiaco fortis mirmillo periculis
Se quondam varijs subiciebat agro,
Castibus hunc, illum cursu, nudâq, palestrâ
Spe palma aggrediens prodigus usq,
anima:

Talis Brandiades pranobilis inter aliptas
Qui spectant calum pramia Nolter erat;
Cum Mundo, Carne, & Satana, cum robore
Mortis

Lusit opus varia, non sine laude, rota.
Post multos tandem casus, post prælia multa
Vicit, & hinc palmâ gaudet olympiaca.

Ludus

Ludus erat vita, is dat lauream (Jöva) beni-
gnus

Qui lucti finis, autor & auxilium.

Ergo quid patria virtute pedisseque Fili

*Luges, quid demptum conquererisque Pa-
trem*

Victori gratare magis, gratare brabæa,

Et similem ad pugnam disce parare manus.

Summo post Deum Patrono
suo

f.

Michael Ludovici.



Ludus erat vita, in eam ludam (Jovis) domo

gus

Philosophi sunt ante omnia sapientes

Ergo quod philosophi curant, id est sapientiam

Legit quod philosophi curant, id est sapientiam

tion

Vitae in philosophia est gratia habenda

Et philosophia est regimen vitae

Sum no per Thom Emoro

no

e

Michael Ludovic








ALVENSLEBEN
Nh
197





EPICEDIA
MEMORIAE FUNEBRE
VIRI

Magnifici Nominis,
Insignis Virtutis,
Præclaræ Autoritatis,

Nobilissimi & Eminentissimi

DN. JUSTI Brandt

à Lindaw/ Hæreditarii in Gaschwitz
& Quedlinburg.

Reverendissima & illustrissima Principis ac Domina,

Dn. DOROTHEAE-SOPHIAE, DUCISS:
SAXON: &c. ABBATISSAE QUED:
LINBURGENSIS,

Consiliarii Dignissimi,
Aulæ Magistri Fidelissimi,

Observantia ergo dicata

à

CLIENTIBUS

Cal. IXbris, Anno Gratia
M DC XXX.

Nh 137 (10)

